

STATUTUM I.

De lectione Statutorū ante electionem Præpositi.

Quemadmodum leges ab omnibus sciri. l. g. C. de Legib. ita ab omnibus debent observari. l. s. C. eod. Ideo ut fiat utrumq; statuimus et districtè observari præcipimus, quatenus leges et statuta sequentia, ne quis ab eorum observatione ignorantia excusetur, qualibet die electioni Præpositi Domūs inferiūs destinata, ante ipsam electionem per ultimum Collegii Professore[m] legantur, ut ex eorum præscripto quilibet sese informet, quomodo et qualiter in hac inclyta domo se gerere et negotiis ejus prospicere debeat. Leges enim et Statuta dant formam futuris negotiis. c. 2. et fin. de Constit. et l. 7. C. de Legib. tuncq; instituuntur ac ligare incipiunt, cum promulgantur, firmantur, cum moribus utentium approbantur. can. In istis. §. Leges. dist. 4.

STATUTUM II.

De electione Præpositi Domūs.

Ut in Apibus unus princeps est, Grues ordine literario sequuntur unam. can. In Apibus. 7. q. 1. ita in omni bene ordinata communitate, unus, qui ejus curam habeat, debet esse. Proinde statuimus, ut præmissa Sancti Spiritus invocatione, qualibet Commutatione, Ostiva quidem die 19. Aprilis, Hyemali verò 19. Octobris aut his, vel harum aliqua feriali die, aut aliquo alio legit.

R.

legitimo prœdimento impeditis vel impedita, aliis vel alia
 proximiori die non impedita, Præpositus Domus, extradita
 ad hoc per anteriorem Præpositum, officium Præposituræ
 terminantem Convocatione, per C.C. D.D. Collegas actu Col-
 legium inhabitantes et ad Communem Collegii Stubam,
 ad tertium pulsum Campanæ in habitu decenti congrega-
 tos, idq. ex turno, noviter vocato et ad Collegium admisso
 Professore excepto (qui præter turnum, ratione ingressus
 sui ad Collegium, semel præpositare, electionemq. sub pœna
 quinque Marcarum irremissibiliter solveret et pro arbitrio
 Communitatis converteret, sive ex turno, sive ratione ingressus
 de se factam acceptare debet) ascendendo vel descenden-
 do eligatur ita, ut hoc officium ad singulos, nisi cum ali-
 quibus præcipuè sensu vel meritis gravatis dispensare
 vellet Communitas, devolvatur. Efficacius enim commissa
 gerimus officia, si nostra cum Fratribus partimur one-
 ra. c. ellandata. de Præsumpt. et c. fin. de Offic. et Archipresb.

STATUTUM III.

De electione Consiliariorum Domus.

Experientiâ utpote jux. c. Quamvis. de Elect. in 6. rerum ulla-
 gistra efficacissima docemur, oculos plura videre, quam ocu-
 lum. Vesembec. de Stud. Jur. et multas manus reddere
 onus levius, quam unam. Frideric. Scot. Cons. 1. n. 297.
Tom. 1. Lib. 2. Ideo statuimus et in posterum statutum habe-
 ri volumus, ut electo Præposito Domus, duo per electionem,
 unus videlicet ex C.C. Doctoribus, alter ex Professoribus ha-
 bito semper respectu ad turnum et Expræpositum addantur
 in conv.